

cordio, tunc regimen nostrum predictum, coram quo erit dictum factum, si sibi
 30 uidebitur, quod per creditorem deficiat concordium, debeat eos concordare, per
 illum modum, et sicut dicto regimini uidebitur rationabile, ut fideles nostri dicte
 insule reuertantur ad habitandum in insula nostra predicta. Si uero dicto regi-
 mini uideretur, quod per debitorem deficiat concordium quod ipsi regimini uide-
 bitur rationabile, assignet debitori terminum duorum mensium, infra quos debitor
 35 habuit spatium, aut exeundi de insula nostra predicta, aut satisfaciendi et sol-
 uendi, ut tenetur, uel assentiendi et contentandi concordio, quod dicto regimini
 uidebitur rationabile. Exceptando ea predicto beneficio debitores pro datijs
 38 Communis.

14

Περὶ ἐκλογῆς τῶν σοπρακομίτων τῶν Κρητικῶν κατέργων. 1403. Μαΐου 6.

F^o 129^{to} Millesimo quatrincentesimo III, die VI Maij.

Capta. Cum plures ordines usque nunc facti fuerint super modo eligendi
 supracomitos galearum nostrarum, que armantur in partibus Crete, solummodo
 pro habendo eos sufficientes, et inter alia cognitum sit sicut apparet per effectum,
 5 in omnibus factis nostris, quod quantum eliguntur in maiori numero, tantum plus
 obseruatur intentio terre. Sed deficit etiam alia prouisio, uidelicet, quod electores
 dictorum supracomitorum sint et remaneant plezij eorum, quia si electores scient
 quod debeant nominari, si conscientia eos non mouebit, saltem honor suus in eli-
 gendo sufficientiores forte mouebit eos. Et etiam si tales electi propter aliquod
 10 delictum, quod committerent condemnarentur in pecunia, Comune nostrum esset
 magis securum circa solutionem. Et propterea uadit pars, quod pars ultimo capta
 in eligendo dictos supracomitos reformetur in tantum, uidelicet quod sicut dicta
 pars dat ordinem, quod eligantur per scriptinium inter Ducham, consiliarios, capi-
 taneum, camerarios et officiales de nocte, et iudices Crete, quia in facto scriptinij
 15 non possunt sciri, nec debent nominari plezij; ita decetero debeant omnes predicti
 uidelicet Ducha, consiliarij, capitaneus, camerarij, officiales de nocte et iudices
 Crete, quando debebit eligi aliquis supracomitus congregari simul, sicut faciunt
 nouem electores in electionibus que fiunt per nostrum Maiorem Consilium, et
 inter se prohicere texeras, quis debebit esse primus, quis secundus, et sic succes-
 20 siue, et quilibet faciat scribere palam, illum quem uellet eligere; et scribatur
 etiam elector pro plezio, et postea probentur electi omnes et scripti secundum
 ordinem texerarum, et ille qui habebit plures balotas alijs, transeundo medie-
 tatem dicti collegij sit firmus, et lector uel electores illius, qui remanserit,
 scribantur et sint plezij, pro illo qui remanserit; et si plures uno elegerint illum,
 25 qui manserit, omnes sint et scribantur pro plezijs, et quando facient probam

eorum, probent ipsos ad unum ad unum, et attinentes electi exeant foras, nec ponant ballotam ad probam illius. Et quia pro maiori parte occurrit, quod deputati ad dictum collegium, eligunt in supracomitos de ipsissmet de dicto collegio et hoc modo sit obliquum alijs, ordinetur, quod decetero, quando facient electiones supracomitorum, non possint eligere aliquem de officialibus deputatis ad dictum collegium ullo modo, et debeant habere triginta annos dicti supracomiti Crete, et facere probam temporis, sicut continetur in alijs ordinibus nostris. Et regimen teneatur scribere seu scribi facere, in actis nostre cancellarie Crete, supracomitos cum plezijs eorum, et similiter notificare nostro Dominio, remanentibus firmis alijs ordinibus nostris loquentibus super hoc in omnibus alijs contentis in ipsis; et fuit capta in consilio de XL, et in Maiori Consilio; fuerunt — de parte omnes alii; de non — 32; non sinceri — 21.

15

Ἑρώτημα ἐὰν ὁ Ἀνδρέας Μοτσενίγος δύναται νὰ εἶναι ταμίας Κρήτης, ἀφ' οὗ ἐξελέγη δούξ ὁ Θωμᾶς Μοτσενίγος ἐκ τῆς αὐτῆς οἰκογενείας. Τὸ Μεῖζον Συμβούλιον ἀπεφάνθη ὅτι δὲν δύναται. 1403, Ἰουνίου 29.

F^o132^r Millesimo quatrincentesimo III, die XXVIII Junij.

Cum hodie in electionibus Maioris Consilij foret electus camerarius Crete ser Andreas Mocenigo per unam manum, et dubium foret si poterat probari, quia nobilis uir ser Thomas Mocenigo acceptauit Ducha Crete, et in certis casibus occurrentibus camerarij Crete intrant loco consiliarij seu consiliariorum Crete, ita quod ueniente texera dicto ser Andree ad intrandum essent duo de una domo, scilicet, Ducha, et camerarius loco consiliarij, quod seruari non debet, licet diceretur, quod occurrente casu, quo unus camerarius deberet intrare loco consiliarij, dictus ser Andreas non iret ad texeram, sed alij duo socij ponerent texeras inter se; et propterea cum tres consiliarij forent unius opinionis et tres alterius; uadit pars per modum declarationis.

Et prima quam ponunt tres consiliarii antescripti, quod dictus ser Andreas non possit probari in camerario Crete. 355

Secunda quod possit probari. 133

Tertia non sinceri. 40

15

16

Εἰς τὸν Ματθαῖον Καλλέργην καὶ τοὺς ἀπογόνους του παραχωρεῖται ἡ Βενετικὴ εὐγένεια. 1407. Δεκεμβρίου 18.

F^o168^r Millesimo quatrincentesimo VII, die XVIII Decembris.

1

